

Punit ceteros praedictorum transgressores; omnes alios puniri iubens iuxta disciplinam Regula. Joan. And.

§. 4. Si quis autem praemissorum temerarius extiterit violator, regulari subiacet disciplina. Et nihilominus si...

Providet contra Professores euntes ad curias Principum, vel alias vagantes, vel intra septa Monasterii arma tenentes. Joannes Andraeas.

§. 5. Quia vero nonnulli Monachorum ipsorum, sicut accepimus, suavi iugo observantiae regularis abjecto, interdum...

al. ita: vel in parte non modica.

Vide l. quisquis, C. ad leg. Jul. Majoris & Jo. And. in c. In penis, de reg. jur. lib. 6.

Providet circa Monachorum solitudines. Joan. And.

§. 6. Ad haec Praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, perpetuo prohibemus edicto, ne Monachi singuli in singulis sibi commissis administrationibus vel Prioratibus habitare praesumant...

Providet de Priorum aetate, & ipsorum Sacerdotio, professione, & habitatione. Joannes Andraeas.

§. 7. Ceterum, Prioratus Conventuales alicui, nisi xxv. annum attigerit: alii vero curam animarum habentes, et si cura ipsa per Seculares habeat Presbyteros exerceri...

Providet de Monachorum ordinatione, & ipsorum doctrina. Joannes Andraeas.

§. 8. Ad ampliacionem autem cultus Divini, statuimus, quod Monachi quilibet ad monitionem Abbatis se faciant ad...

omnes Ordines sacros, excusatione cessante legitima, promoveri. Rursus, ut ipsis Monachis proficiendi in scientia, via opportuna non desit...

Confirmat & innovat Decretalem supra eodem. Cum ad Monasterium, & cap. In singulis. H. d. Joan. And.

§. 9. Praemissa igitur omnia, & ea nihilominus quae felici recordationis Innocentius Papa IV. praedecessor noster, circa statum Monachorum ipsorum pro uberiori cultu observantiae regularis...

II. IDEM in Eodem.

Moniales, quae nulli subsunt nisi Papae, & Canonici Seculares, per Ordinarios, & alia exempta per suos Praelatos debent annis singulis visitari. Et ponit numerum personarum visitationi interesse debentium. Hoc dicit. Joannes Andraeas.

Attendentes, quod ubi gubernaculum disciplinae committitur, restat ut Religio naufragetur; providendum censuimus esse praecipue, ne per contemptum hujusmodi in iis quae se Christo voto celebri desponderunt, quicquam reperitur incongruum...

Vide Conc. Trid. sess. 25. tit. de Regularium, c. 9.

al. numerandum.

Vide Archiepiscopi in c. Si quis, sess. 7. q. 4.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO SINT SUBJECTAE.

TITULUS XI.

I. CLEMENS V. in Concilio Viennensi. [an. 1311. in Gallia.]

Mulieres statum Beguinarum sectantes, & de novo assumptas, ac Religiosi in hoc dantes consilium vel favorem, ipso facto sunt excommunicati: status tamen penitentialis per hoc non interdicitur, secundum Paulum.

Utrum de quibusdam Mulieribus Beguinabus vulgariter nuncupatis (quae cum nulli promittant obedientiam, nec propriis renuncient, neque profiteantur aliquam Regulam approbatam, Religiose nequaquam existunt, quam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant & adhaereant Religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio earundem) nobis fide digna relatione insinuatum extiterit, quod earum aliquae quasi perductae in mentis insaniam...

al. parantia.

de Summa Trinitate ac Divina Essentia disparent ac praedictis; ac circa Fidei articulos & Ecclesiastica Sacramenta opinionibus Catholicis Fidei contrarias introducunt; & multos super his decipientes simplices, eos in errores diversos inducant, alique quamplura periculum animarum parantia...

al. ita: prout ipsi Dominus ministrabit.

II. IDEM.

Ponens Constitutionis causam, statuit Hospitalia reformari per Collatores ipsorum; & cogi Rectores eorum ad conservationem locorum & jurium suorum, & ad hospitalitatem tenendam: statuens per locorum Ordinarios supplet defectum vel negligentiam Collatorum, etiam circa exempta. Joan. And.

Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariorum, elemosynariorum, seu hospitalium Rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res, & iura ipsorum interdum ab occupatorum & usurpatorum manibus excutere negligunt: quinimo ea collabi & deperdi, domus & aedificia ruinis deformari permittunt; & non attento, quod loca ipsa ad hoc fundata, & Fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infirmosque illorum, id renuunt inhumaniter facere: proventus eisdem in usus suos damnablem converterent...

Ad hunc locum vide l. Legatum, ff. de adm. re. ad civit. pert. c. Revera, de conse. dist. 2. ver. no. c. Quamvis, de pa. lib. 6. al. injuria.

Praecipit Hospitalia in Beneficium non concedi, nisi in duobus casibus, & reprobat contrariam consuetudinem, submittens, quales esse debeant, quibus administratio ipsa committitur, & de ipsorum inventario, inventario & ratione reddenda, & secretum apponit. Joan. And.

§. 1. Ut autem praemissa promptius observentur, nullus ex locis ipsis Secularibus Clericis in Beneficium conferatur: etiam si de consuetudine, (quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum, nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem fit de Rectore locis hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni testimonii committatur, qui sciant, velint, & valeant, loca ipsa, bona eorum ac iura utiliter regere, & eorum proventus & redditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, & quos in usus alios bona praedicta convertere, praesumptio verisimilis non existat: in quibus sub oblatione divini iudicii illorum, ad quos ditorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus ditorum locorum gubernatio seu administratio committitur, ad infat Tutores & Curatorum iudicium praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria concinere, & Ordinariis seu aliis, quibus subsunt...

al. inventarium.

loca hujusmodi, vel deputandis ab eis annis singulis, de administratione sua teneantur reddere rationem. Quod si secus a quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis.

Declarat Constitutionem non extendi ad hospitalia Religiosorum vel Militarium Ordinum. H. d.

§. 2. Praemissa vero ad Hospitalia Militarium Ordinum, aut Religiosorum etiam aliorum extendi minime volumus: quorum tamen Hospitalium Rectoribus in sanctae obedientiae virtute mandamus, ut in illis secundum suorum Ordinum instituta & antiquas observantias providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad quod per Superiores eorum arcta ditione cogantur, statuti aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in praemissis. al. Ecclesiastica.

Conservat antiquas consuetudines talium locorum, circa Divina Officia & Sacramenta. Joan. And.

§. 3. Ceterum nostrae intentionis existit, quod si qua sint hospitalia, altare, vel altaria & coemeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes, & Sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si Parociales Rectores confueverint in illis exercere praemissa, antiqua consuetudo servetur, quoad exercenda & ministranda spiritalia supradicta, &c.

DE JURE PATRONATUS.

TITULUS XII.

I. CLEMENS V. in Concilio Viennensi. [an. 1311. in Gallia.]

Si presentatis ad Ecclesias per Patronos Ecclesiasticos, in quibus ipsi non consueverint omnia onera supportare, non assignetur intra terminum competentem congrua portio, Diaconus eam assignare debebit. Quod locum non habet, quando onera ius per patronos supportanda. Hoc dicit. Joannes Andraeas.

UT Constitutio, quae ad Ecclesiam aliquam, quemvis etiam ad exemptorum praesentationem admitti, consuetudine non obstante contraria prohibet, nisi praesentato de proventibus ejusdem Ecclesiae, talis coram Dioecetano portio fuerit assignata, unde iura possit Episcopalia solvere, & sustentationem habere congruam, sicut expedit, observetur; ipsam declarare, ac quaedam adiacere concessa hujusmodi sacri Concilii approbatione providimus. Dioecetanus sub oblatione divini iudicii districtius inhibentes, ne praesentatum aliquem per quancunque personam Ecclesiasticam jus praesentandi ad Ecclesiam aliquam habentem admittant, nisi intra certum terminum competentem per Dioecetanos ipsos praesentantibus praesentandum, ipsi praesentato fuerit coram eis, ut praescribitur, congrua de proventibus Ecclesiae portio assignata. Quam si forsitan idem praesentantes, intra terminum ipsum assignare neglexerint, ne factum eorum noceat praesentato: statuimus, ut ex tunc Dioecetani debeant praesentatum (nisi aliud Canonicum obstitit) admittere, & in penam praesentantium ad Dioecetanos ipsos potestas assignationis hujusmodi devolvatur. Praecipimus autem Dioecetanis eisdem, sub ipsius oblatione divini iudicii, ipsorumque conscientias oneramus, quod moderationem portionis ipsius debite faciant, nec otiose vel favore, vel alia in pluri vel minori, circa illam scienter excedant. Sanè in Prioratum vel aliorum, tam Regularium, quam Secularium locorum Ecclesiarum, in quibus Religiosi vel alii, ad quos eorum redditus pertinere noscuntur, praedicta consueverunt onera supportare, praemissa nullatenus observentur: sed onera omnia, quae Ecclesiarum ipsarum perpetuis Presbyteris, aut Vicariis incumbere, si dicta eis assignatio facta esset, Religiosi & alii supradicti plene fubire, ac Presbyteros seu Vicarios ipsos decenter tractare, necnon sustentationem eis praestare sufficientem, & congruam teneantur. Ad quae omnia integraliter adimplenda, & nihilominus ad observacionem debitam assignationis per Dioecetanos in casu alio, ut praemittitur, faciendae, Religiosos praedictos, & alios quoslibet à Dioecetanis eisdem Ecclesiastica volumus censuram compelli, non obstantibus exemptionibus, aut aliis quibuslibet privilegiis, consuetudinibus, vel statutis, quae circa praemissa, vel eorum aliquod Religiosis ipsis aut aliis, in nullo volumus suffragari.

II. IDEM.

In plures haeredes unius ex pluribus patronis transit jus patronatus per stirpem. H. d. Joan. And.

Plures ab uno ex patronis Ecclesiae relicti haeredes, de intellocum duntaxat unius habebunt in praesentatione Rectoris. Et (ut facilius provideatur Ecclesiae) non inconveniens reputamus, patronos ipsos inter se posse liberè convenire, de Rectore ab eis alternis vicibus praesentando: Quibus etiam ex eadem causa permittimus, ut plures ad vacantem Ecclesiam possint eo modo praesentare personas, quod una ex eis eligi per Episcopum valeat & admitti.

Z z ij